

SERPILIUM ac multos alios, intentionem quoque illorum brevibus adjeci, sed nec in his ipsis proprietatem rerum simpliciter impugnatam expertus sum, neque directorio ac Dominio vacuam penitus inveni & Juris dictione orbam Rempublicam. Præterea etiam de singulis istis quisque politus est persuasus, quod cum PLATONE asseverare habeant *Vid. Opp. librum XXXI. & Dialogum IX de republica sub fine*: Intelligo equidem, quod ea in civitate dicis, quam nos condidimus in præsentia, quæ & verbis solum, in terris vero nunquam, ut arbitror, exstat. At forte in Coelis illius exstat exemplar, conspicuum ei, qui & intueri voluerit, & se ipsum ad illud, cum intuitus est, instituere. Nibila refert, sive uspiam sit, sive erit, quæ enim illius officia sunt, ager solum: quæ alterius sunt nequaquam.

§. XVII.

Non fugit me d PYTHAGORAM inter suos discipulos ac Se^ttatores, cum κοινὰ τὰ τῶν Φίλων debere esse pronuntiaverit, jussit simul, ut deponerent iidem in medium facultates, & in unum redactas omnium communes statuerent, id quod A. GELLIUS Lib. I. Noctium Atticorum C. IX. confirmat, & hanc societatem cum antiquo consortio Romanorum dicto Cœnobio comparat, & Petrus Mosellanus uberioris hunc locum explicat, & si prætermisero ea, quæ in Communione Hæreditatis inter JCros observantur, quia supra meum captum sunt, satis sit, quod EPICURUM nominem, qui magnopere κοινωνίαν Pythagoricam improbavit, qui diffidentiam illam dicebat, & voluit ita omnia inter amicos haberi communia, ut tamen unus quisque proprietatem ac possessionem retine-